


Mus. Th.



1278



Miss. Theor. 4<sup>o</sup>

1278.

Queron.













29 = Glegg.







OPVSCVLVM MVSICES PERQ VAMBRE,  
VISSIMVM: DE GREGORIANA ET

Figuratiua atq contrapuncto simplici  
percōmode tractās: omnibus cantu  
oblectantibus utīle/ ac necessa-  
riū: per Simonem Brabāt/  
num de Quercu Can-  
torem Ducū Medi-  
olanen, con-  
fectum.

TETRASTICHON.

Quem sacra Castalio delectat Musica phœbor  
Et teneros dulci reddere uoce modos |  
Hunc legat: & suaui cantabit blandius Orpheo:  
Insanas poterit ducere & ipse feras.

(1509)

29 gll 2g

OPUSCULUM IN VICES PERQ VAMBRIS  
VISSIVM: DE GREGORIANA ET

Figurata et ACCEPIT  
EXCŌMODERATIS: OMNIBUS  
OBLATIS: IN VICES  
MONASTICIS  
num de GREGORIANA  
torum Duci Med  
olant. con  
lectum.

TETRASTICHON

Quem sacra Callio dicitur  
Et tenet huiusmodi  
Huiusmodi tenet huiusmodi  
Iulianus potest ducere ipse tenet.

100  
AD ILLUSTRIS DUCES MEDIOLANENSIS  
SVOSQZ AUDITORES SIMONIS BRABAN  
TINI DE QVERCV EPISTOLIVM.



Consideranti mihi (Splendidissimi duces) quid ob  
nonnullorum auditorum meorum opportunitate ede  
rem | ad hancce provinciam suscipiendam | occurrunt  
partim celsitudines vestre: quo in publicum dare  
utramque Musicen: non hortantes modo: verum etiam  
familiari quodam iure precipientes: ne meum omnino  
sudorem defraudare. partem etiam meam (quos erudio)  
auditores: quorum quidem prece / pedem licet re  
movere minime. nec immerito. Cum enim tem  
pestate nostra: nihil prestantius efficere quis poterit: quam se ita omnibus in  
rebus gerere / ut alteri potius: quam sibi ipsi natus esse censeat. sordidi esset animus  
& illiberalis: sibi ipsi sapere tantum: nec ad alios (cum id semper liceat) virtu  
tis semen transferre. propterea utramque illam Musicen: haud paruo labo  
re comportatam: imprimere curavi: quam Muscus dulcissimam mortalibus  
asserui: que curas abigit: clementiam suadet: & ad leniendos affectus plu  
rimum valet. Ad ea itaque studia me solum accommodavi: qui practice in  
esse viderent. Explicavique magis frugifera / non multo labirinto / canone  
equidem brevis. Sapite ergo & hunc thesauriolum tantillo nummo venale  
vobis redimite. Eritis (mihi credite) exiguo temporis curriculo / ad tan  
tum dinoscendum apprimere prompti. Neque elucubratiunculam nostram sub  
sannantes / timendi sunt: quia caligine pressi / quod equum est: discernere  
nequeunt. Proinde vos oro: hortorque: cum frui ocio dabit: hec nostra  
vulgata: ac per me confecta: in unamque formulam redacta / diligentius repe  
tere non pigrescimini: quas meas primitias precibus vestris emittere pla  
cuit. Valete vos optimi duces & me ut fecistis fouete: vos quoque audito  
res studiosissimi identidem. Ex Vienna Kalen. Martias. Anno minori  
Nono supra Millesimum quingentesimum.

De la per Hqou

**GAMMA**


vt per H  
re quatuor  
mi quid

|                                   |                                    |                                   |                                   |
|-----------------------------------|------------------------------------|-----------------------------------|-----------------------------------|
| e la mi<br>p Hqou<br>p natura     | e la sol re<br>p Hqou<br>p natura  | e sol fa vt<br>p Hqou<br>p natura | b fa H mi<br>p Hqou<br>p natura   |
| f fa vt<br>p natura<br>p Hqou     | d la sol<br>p Hqou<br>p natura     | e sol fa<br>p Hqou<br>p natura    | a la mi re<br>p Hqou<br>p natura  |
| g sol re vt<br>p natura<br>p Hqou | a la mi re<br>p Hqou<br>p natura   | b fa H mi<br>p Hqou<br>p natura   | g sol re vt<br>p Hqou<br>p natura |
| e fa vt<br>per Hqou<br>per natura | d sol re<br>per Hqou<br>per natura | e la mi<br>per Hqou<br>per natura | f fa vt<br>per Hqou<br>per natura |

**DISTICHON.**  
 Tu quisque cupis dulcem cognoscere cantum  
 Signa manus discas: nam decet: illa iuuat

**Acute.**

## Grades.



**Equadrifidus acutus.**

**binol acutum,**

**Natura acuta.**

**Квадратъ acuteus.**

bmol grau.

**Natura grauis.**

**Equadrupum grande**

**Kāma: līlā pīṭha cī,**




**I**mprimis: longis amfractibus sepositis: ois nãq; de cantãdi modo futura est ratio: ante definire placet. Nã ois ut Cicerò refert: q̃ a ratiõe suscipit de aliqua re institutio: a diffinitioẽ pficisci debet: ut intelligat quid id sit: de quo disputet. Musica sciẽtia est cariẽdi modũ indicãs: que apud grãcos antiquitus tãte fuit uenerationis: ut idem Musici: & uates: & sapiẽtes iudicarent. Cuius sciẽtie cum se imperitum Themistocles cõfessus esset indoctior ut ait Mar: Tullius: habitus est.

**C**laues in manus craticula sunt uiginti. **U**t: are: hmi. &c. eo q̃ occulta incognitaq; referant: puta: uoces: cantus: & tonos. Est tamen inter eas aliquid discriminis. Nam prime septẽ graues sunt. Voces enĩ quas designat grauius sonant: grossiori itaq; forma depingi cõsueuere hoc pacto. A. B. C. D. E. F. G. Alie uero septẽ sequẽtes: acute dicunt: ratione uocũ/ quibus cũ ponunt: que prãdictis uocibus sunt acutiores. figuraq; ideo scribunt minori. ut. a. b. c. d. e. f. g. Cetera uero quinq; superacute/ siue excellentes uocitant. Nam uoces earũ (ceteris multũ in acumine antecellũt. Et hee littere geminatis scribunt litteris: ut: aa: bb: cc: dd: ee: Clauis **U**t: ideo in principio est posita/ ut per eã primus cantus hquadratis grauis dinoscere. Vel ideo: q̃ Musica primo a grecis est adinuenta: ab eisdemq; olim canonicẽ cõseruata. Alie littere septem latine sunt. ad designandũ Musicam a latinis esse translata: necnon ab eisdem regulariter reseruata.

**C**lauium: alie sunt graues: quia grauius ac remisse sonat: **U**t: are: hmi: cfaut. Alie finales: quia ois tã figuralis/ q̃ planus cãtus regulariter habet terminari hisce q̃tuor clauibus: ut: d solre: elami: ffaut: & g solre: ut. Alie affinales: aut acute/ quia cãtus trãspositus/ solusation/ his clauibus tribus habet definere. ut alamine, bfa hmi. & c solfaut. Secũdo dicũt acute: sua nanq; uoce graues superare cõtendunt. Alie superacute: eo q̃ uoce sua acutas superant.

**V**oces per quas sepius repetitas. ois p̃gredit cantus: sex esse clare cõstat: ut: re: mi: fa: sol: la: quãque quelibet/ sepcies in manu reperit: cũ septem sint cãtus reformatiões: quẽadmodũ scala latina indicat: e quibus due mutuo conbinate tonũ constituũt: scilicet: ut re: re mi: fa sol: sol la: absq; mi & fa: ascẽdendo uel descẽdendo.


**T**onus uox est grecanica/ dicta a tonãdo: hoc est fortiter sonãdo: respectu semitonũ. Nã greci tonon: dicũt sonũ. **Exemplũ de Tonis.**



¶ Aliæ uero due note simul cōiuncte Semitoniiū constituit : siue ascen-  
derint siue descēderint uidelicet mi cū fa, & ecōtrario, Dicūt aut Sem-  
toniū; a semis semi: quod est imperfectū: & nō a semis semissis: qā tonus  
in equales partes nō diuidit: hoc est in duo Semitonía maiora: sed in  
Semitoniiū maius & minus, Exemplū de Semitoniiis.



¶ Semitoniiū uero est duplex. Maius uidelicet & min⁹. Illud causat in-  
ter fa & mi: ut prius recēsi / siue sit in cātu hqdrali: naturali: aut b molla-  
ri prout q tres sunt cātus in genere & septē in specie: ut infra. Hoc uero  
uidelicet Semitoniiū minus / est cum fingit de tono Semitoniiū / ut hīc:  
taleq signum apponi consuetū est ✕ quod appellatur dyesis: & istud  
Semitoniiū minus propter eius suauitatē inuentū est, Exemplū.



Discantus, Tenor, Bassus, Altus.

¶ Dictū fuit superius / q sēp de tono Semitoniiū fingi potest. Nā qd  
perfectū est / imperfici potest, sic etiā de Semitonio fingit tonus / ad cul-  
tandū diapenthen minore: fa uidelicet cōtra mi: nam quod imperfectū  
est / perfici potest, Exemplum.



Discantus, Tenor, Bassus, Altus.

¶ Nota triplicē esse cantū: h̄duralē: naturalē & bmollarē: fm̄ q̄ tres sūt  
cantus pprietates: uidelicet h̄quadrū: natura: & bmol. ut infra dicem⁹.

¶ h̄quadralis. est q̄ durū & asperū facit sonū: ratio-  
ne littere & soni.

Tres sūt cātus in  
genere uidelicet.

¶ bmollaris/ est qui mollē ac lenem facit sonū: etiā  
ratione littere & soni.

¶ Naturalis uero: qui durū & mollē sonū facit: sed  
partim a h̄q̄drali: partim uero a bmollari.

Septē sunt  
Cantus in  
specie.

¶ Acutus bmollaris incipit in ffaut: & desinit in ddla sol.  
¶ Grauis bmollaris incipit in ffaut & desinit in dlasolre.  
¶ Acutus naturalis incipit in csolfaut & finit in aalamire.  
¶ Grauis naturalis incipit in cfaut. Et finit in alamire.  
¶ Supacutus h̄q̄dralis incipit in gg solreut: & finit i Eela.  
¶ Acutus h̄q̄dralis incipit in g solreut. Et finit in Elami.  
¶ Grauis h̄q̄dralis incipit in Nut. Et finit in Elami.

Exempla horum patent per ordinem.



### DE MUTATIONIBVS.

¶ Mutatio est unius/eiusdēq̄ uocis in una & eadē clauē uariatio. Dicūt  
aut notāter in una & eadē clauē &c. quoniā uox unius clauis / haud pōt  
muniri in alterius clauis uocē: q̄a ut: quod est cfaut: nequit mutari in ut  
q̄ est csolfaut: quoniā diuerfas habent clauē. hoc etiā pacto in bfa h̄mi

nulla fit mutatio: neq; in sua octaua / eandē ob causam.

¶ Mutatio nūq; fieri debet / nisi eo ī loco: ascēdendo uel descēdēdo / ad hoc cōpellente necessitudine: ne fiat p plura / quod fieri pōt p pauīora.


¶ Nō licet assīduo uocē mutare in uocē: sed fit saltus sine mutatiōe, de nota ad notā: quēadmodū in diapēte cōtingit maiori: hoc est qnta pfecta: ab faut ad esolfaut: uel ab elami ad bfa<sup>mi</sup> / & sic cōsequenter.

¶ Illud etiā est aīaduertendū / q; Autores nostri pauci utebant mutatiōibus: eo q; quēlibet cantū appellābant naturalē: & sex uoces habebant / aut notas: moderni tamen plures addiderūt cātus: & propter huiusmodi notarū pluralitatē, b. motundū est adinuentū. Et hoc ppter cantus molliciē. Et h quadrū / propter duriciē cantus.

¶ Neq; hoc est pretermittendū: ut quādo in bfa<sup>mi</sup> canitur fa: tūc in octaua sua / etiā cātari debet fa: alioquin deperderet octaua pfecta Diapason maior & quīta pfecta Diapēthe maior ppterca Diapason maior & Diapēthe maior perargute oēs inter Musice species sonant.


¶ Cur uero b mol fit inuentū: hac figurula sequēti perclare ostendit.

Tritonum ut hīc,



Tritonus.


Suauitatē ut hīc,



Suauitas.


Item b mol cōstat  
inuentū qtuor de  
causis tū ppter.

Mutatiōe ut hīc,



Mutatio.

Mobilitatē ut hīc,




Mobilitas.

¶ Operepretū est latere neminē. b. h. esse duplex: puta. bfa & hmi: & dicit bfa. bmol. & hmi. hquadrū ad litterarū discriminē. pleriq; tñ asserētes: & quidē inepte dicūt: bmol ideo dici quod molle canat: quāq; ascēsu Semitonū facit: & molle canit: tñ descensu dure canit / tonūq; constituit: & per cōsequens &c. Sed dicit bmol / a mobilitate: nā moueri potest & ordinari / quocūq; in loco: in lineis aut in spaciis / s̄m cantoris exigentiam. Dicūt quoq; nōnulli h durū: quasi dure canit. Verū in ascēsu: facit etenī tonū. Sed descēsu molle canit: ppter semitonū. Dicit aut hquadrū ad differentiā bmollis. Nā si equaliter essent formate: dubitaret an cantaret fa aut mi: sed hquadrū istud: ita cōmuniter haud ordinari cōsuevit: nisi esset necesse ppter dissonantiā fa cōtra mī / in cōsonātiis perfectis. &c. Et hoc / cū cantus est bmollaris. etiam nō sunt ibidē nisi due note uidelicet fa & mī: & sic non ordinat cōmuniter.


¶ Has aut quatuor regulas nouissime e scala latina extractas breuibus accipe.

¶ Regula prima: quicūq; ascendit ex cātu hquadrālī in naturalē: semper tunc post la sequit fa. Si uero descendit e cantu naturalī in hquadrālē: sic mī per naturā: uertendū est in la per hquadrū. Et re in sol: & ut in fa.

Exemplum.



De hquadrālī graue in naturalē grauem post la: fa.




De hquadrālī acuto: in naturalē acutū post la: fa.



De hquadrālī superacuto: in naturalē irregularē.

¶ Regula altera: quicūq; ascendit de cātu naturalī in bmollarē: sic etiā post la: fa sequit. At uero cū descendit e bmollari in naturalē / sic mī per bmol / mutandū est in la p naturā / & re in sol: & ut in fa. Exemplū,



De naturali graue: in bmollarem grauem/post la, fa.



De naturali acuto in bmollarem acutum/post la fa.

¶ Regula penultima. Qñcunq; ascendit e cantu naturali / in hquadrālē: sic semp post la sequit mi. Si uero descendit: de hquadrālī in naturalē: tūc re per hquadrū mutandū est in la p naturā: & re in sol. Exemplū.




De naturali graue: in hquadrālē acutum/post la mi.



De naturali acuto: in hquadrālē superacutū/post la mi.

¶ Regula ultima: Qñcunq; ascēdit ex cantu bmollari in naturalē: sic quoq; post la sequit mi. Si uero descendit de naturali in bmollarē: sic re per naturā in la mutandū est p bmol: & ut in sol. Exemplū.



De bmollari irregulari: in naturalem grauem.



De bmollari graue: in naturalem acutum.




Debmollari acuto: in naturalē irregularem.

¶ Modus iste obseruandus uenit in omni Musica: siue figurata siue plana quia in omni instrumēto / una est Musica: quīs nō utantē notulis instru-  
mentis: tamē utuntē eadem specierū musicaliū distantia: puta Tonorū:  
Semitonorū: & per alia interualla, &c. ideo Musica non solū continet in  
ut: re: mi: fa: sol: la. Sed in omni instrumēto, &c.

¶ Item inter quatuor notarum distantia: semper Semitonium ordinari debet: nisi ultra ascenderit seu descenderit, & hoc ad evitandum Tritonum/speciem falsam: p ut refert Ioannes de Muris: ppter turpem suum sonum: illa vitanda est species. Exemplum ubi Semitonium ordinatur inter distantiam quatuor notarum.



Exemplũ ubi Semitonũ ordinatũ in quinq; notas.



¶ Nō oportet istis in locis ordinari Semitonium inter quatuor notarum distantia: sed inter quinque notas, nam ultra quatuor ascendit seu descendit si quis tamen ordinare uellet inter quatuor: ad uoluntatem cantoris non sine causa licite quis posset.

¶ Hoc summo opere spectandū est: quod inter q̄tuor aut quinq; lineis  
duo semp fa indigere uidemur: ascēsu seu descēsu. Et q̄ncunq; duo ista  
fa: distāt ab inuicē/per quatuor notas:tūc semp post la sequit fa. Si uero  
per quinq; : tūc sequit mī post la. Exemplum.

Exemplum.



Post la fa.


Post la mī,

¶ Nota uiginti sunt clauēs: ut diximus superius. E quibus tres signate dicuntur: ut sunt: ffaut: cfsolfaut & b mol. Licet aliq tres clauēs addiderūt: uidelicet cfaut in spacio: g sol reut in linea & dd la sol. de his tñ nihil penitus referemus. Redeo nūc ad p̄dictas tres clauēs / quarū due ordinantur diuersis in Lineis / & nunq̄ in spaciis: uidelicet ffaut & cfsolfaut. Ffaut formatur sic in cātu plano. ♯ 3 f f. Et in cātu figurato hoc pacto H 8. uel sic. ) : Et in istis clauibus cōiter canit fa. Sed cfsolfaut in cātu plano hoc modo formarī consueuit c Et in cantu figurato sic E .

¶ Alia est clauis mobilis: ut b mol. b. & potest ordinari in diuersis lineis & spaciis. & per hāc clauē / Musica irregularis ordinat: & i ipsa cantat fa. siue sit in linea / siue spacio. Exemplū de clauē ffaut.




Exemplū de clauē cfsolfaut.



Exemplū de clauē mobili uidelicet b mol.



¶ Ex his cōsiderandū / qd fa: p quascūq; clauēs ordinari potest: p distātiā q̄tuor aut quīq; notarū: & nunq̄ alio mō cōtinuando: q Musica esset falsa, nisi p aliq; notas singulares: p unā aut p duas & nō absq; ratione Exemplum.



# SEQ VITVR NVNC DE MODIS.

¶ Modus / nostro in pposito: est harmonie modulatio: & intēsiue: & remissiue / recta quedā cognitio / dictus a moderādo: quia per ipm cantus

moderata: quoniam sunt quindecim apud modernos / tam usitatos / quam inusita-  
 tos atque prohibitos: ut patebit infra. Interuallum uero / est soni acuti / semia-  
 cuti / grauisque / distantia. Vel dicitur id quod omittitur ab una nota in aliam:  
 ascendendo seu descendendo / per saltum uidelicet ab ut: in la, a re: in sol, &c.  
 Et secundum illam diffinitionem interualli / Unisonus non est modus: sed aliorum  
 modorum fundamentum. Primus enim modus uel species / in ordine spe-  
 cierum Musicalium dicitur uox siue unisonus: que est unius: & eiusdem uocis  
 iteratio: & fit quando eadem uox sepius  
 repetitur in eadem Linea: uel in eodem  
 spacio. Et dicitur unisonus: ab uno &  
 sonus ut hic,




Unisonus.

¶ Quid tonus sit: & Semitonium satis abunde superius de Tono ac Semi-  
 tonio declarauimus. Id tamen addo quod tonus species est. non tamen conso-  
 nantia, et interuallum duarum notarum inuicem plene sonantium ut si iungas  
 has uoces: ut re: re mi: fa sol: sol la.

¶ Semitonium species non consonantia: & etiam duarum notarum intercapedo:  
 & dulcedo est catus totius. Sine eo enim catus insuauis est.

¶ Dytonus species: & consonantia / tri-  
 um notarum interuallum: dicitur a dya quod  
 est duo: & tonus: duos namque precise to-  
 nos continet.



Tertia perfecta.


¶ Semidytonus species & consonan-  
 tia: trium notarum etiam interuallum haberi  
 censemus a semis quod imperfectum di-  
 citur: & dytonus quasi imperfectus dy-  
 tonus / eo quod et tono / semitonioque con-  
 ponitur duasque species habet.



Tertia imperfecta.


¶ De Tritono / que neque est species: neque consonantia: dictum est ubi et-  
 rim in capite: ubi dicitur quod b mol quatuor de causis sit inuentum.

¶ Diatesseron. species & consonan-  
 tia: & etiam quatuor notarum interuallum  
 a dia quod est de & tesseron quatuor fit  
 enim de una in quartam: duos uero in-  
 cludit tonos: unumque Semitonium tres  
 habens species.



Diatesseron.

¶ Diapēthema maior / species / & cōsonā-  
tia, Interuallūq; est quinq; notarū : a  
dia quod est de & pētha quinq; eo qd  
sit de una in quintā tresq; tonos inclu-  
dit / & unum Semitonium, duas speci-  
es continens.



Quinta perfecta.

¶ Diapēthema minor / species / nō cōso-  
nantia : & quinq; notarū quoq; est  
interuallū : duos cōtinens tonos / du-  
oq; semitonia : duas similiter species  
habens.




Quinta imperfecta.

¶ Hexadem maior / species / & cōso-  
nantia : & est interuallū sex notarū :  
& continet tonos quatuor : unumq;  
semitoniū : unā habet speciem,



Sexta perfecta.

¶ Hexadem / minor / species & con-  
sonantia : & est interuallum sex no-  
tarum : tres tonos continens duoq;  
Semitonia.



Sexta imperfecta.

¶ Heptadem maior / species / nō cō-  
sonantia : & est interuallū septem no-  
tarū : & quinq; tonos cōtinet : & unū  
Semitonium.



Septima perfecta.

¶ Heptadem minor / species / nō cō-  
sonantia interuallum septem notarū  
quoq; dicit : quatuor tonos cōtinet :  
duoq; semitonia.



Septima imperfecta.

¶ Diapason maior / species / & con-  
sonantia : & interuallū octo notarū  
a dia qd est de : & pā : quod est totū.  
Et son sonus / eo quod includit om-  
nes species Musicales, quinq; tonos  
continet cum duobus Semitoniis, Et causatur semper a qualibet clauē



Octava perfecta.

uel lra ad cōsimilē: duas habet species / unā regularē / aliā uero irregularē.

¶ Diapason minor / species nō cōsonantia: & est etiā interuallū octo notarū / & fit a clauē hmi. i bfa hmi cū ibi dī fa / & inclusiue quatuor tonos cōtinet & tria semitonia / a semi: qd est imperfectū. &c.



Octaua imperfecta.

¶ Debēt autē huiuscemōi noīa uidelicet Diatesseron: Diapēthe & Diapason scribī p i latinū / & nō p y grecū: qā dicunt a dia q est de. Et nō dya q est duo: ut supra uisum est. Et tantū de speciebus Musicalibus.

### DE TONIS.

¶ Tonus est certa regula: fm quā ducimur in alicuius cantus regularis cognitionē. Et duplex est. Autēticus uidelicet & plagalis / qui sunt principales uel maiores: per quos alii minus principales uel minores: ut. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. iudicentur.

¶ Dicunt autē Autēti: q auctoritatē ascendendi maiore habēt ceteris. Plagales uero ideo / q plus descendēdi prioribus auctoritatem habent.

¶ Tonus autē Autēticus est attendēdus penes supremā / & altiore totius cantus notā. Plagalis uero / penes inferiorē seu infimā notā cātus totius presumitur.

¶ Autētici toni pprietas est: qd licite ascendere potest: supra notā suā finalē p octauā: usq; ad pfectionē suā. Si ultra ascenderit: tūc fm quosdā tonus irregularis dicit / precipue in cātu gregoriāno. In cātu autē figurato: parū de irregularitate curamus: quīs in Antiphona. Alma redemptoris: ultra suā notā per nonā ascendit: hoc tamē semel cōcessum est: & presertim in isto uerbo. Tu que genuisti. &cetera.

¶ Sed tonus plagalis descendere licite potest p quartā aut p quintā: ut in isto Responsorio. Collegērūt pōtīfices / circa principiū: ubi cātus ille incipit i dīsolre: & descendit ad quintā uidelicet Nut: semel uero talis descēsus concedit. Si uero descēsus ultra quintā sepius accideret: tūc fm aliquos cantus diceret irregularis de qua re / paucis: ista accipe Carmina.

### DE AVTENTIS Q VANTVM VEL DESCENDERE VEL ASCENDERE POSSVNT.

Nature talis autēticus esse probatur  
Ut queat a fine procedere uocibus octo  
Huicq; licentia dat uocem contingere nonam  
Vndenāq; licet aliquando tangere uocem  
Voceq; sub fine tantum supponit una.

**HIC DE PLAGALIBVS QVANTVM VEL ASCEN-  
DERE VEL DESCENDERE POSSVNT.**

Est quoq; natura data collateralibus ut hic

Ad quintam uocem possint a fine leuari.

Hicq; licentia dat uocem attingere sextam

Vltra si tendit id sine lege manebit

Octauamq; licet aliquando tangere uocem

Cum sub fine queunt uocem contingere quintam.

**C** Tonus Autēticus habet sub se q̄tuor tonos minores. & sunt impares uidelicet. 1. 3. 5. 7. Plagalis uero similiter q̄tuor habet minores sub se / qui pares sunt ut. 2. 4. 6. 8. Et oēs isti Toni minores: tam Autēti: q̄ Plagales suas pprias habēt intonatiōes: fm prouintiarū consuetudinē.

**C** Omnis tonus regularis uel irregularis a sua nota finali dinoscitur: ut hec ostendit figura.

Ois cātus trāspo-  
situs uel irregula-  
ris exiens in

Nota  
quod

Ois cantus regu-  
laris exiens in.

csolfaut est. 7. uel. 8.

bsafami est. 5. uel. 6. tonorum & hoc si in  
Alamire est. 3. uel. 4. bsafami dicitur fa.

gsolreut est. 1. uel. 2.

Csaut est. 7. uel. 8. tonorū: si in kmi dicit fa.  
Si uero mī est quinti uel sexti.

Csolfaut est. 5. uel. 6. tonorū: si in bsafami  
bsafami est. 3. uel. 4. dicitur mi.

alamire est. 1. uel. 2.

Gsolreut est. 7. uel. 8. tonorum.

Ffaut est. 5. uel. 6. tonorum.

Elami est. 3. uel. 4. tonorum.

Dsolre est. 1. uel. 2. tonorum.

**DE VOCIBVS IN QVIBVS OMNES TONI FINI VNTVR**

In re. secund. pri. Sed ter quart. explicit in mi.

In fa quint. & sext. sept & oct. explicit in sol.

**DE LITTERIS E IN AIIBVS.**

Sedes finales horum. d. uel. e. simul. f. g.

**VBI DVO ET DVO VNVM HABENT FINEM.**

Primus finitur in .d. pariterq; Secundus.

Tercius & quartus. E. sumserunt sibi finem

Quintus in .ff. finit Sextusq; sibi sociabit.

Septimus in .G. cadit. Octauus iungitur illi.

DE QVARTO TONO QVI SEPIVS ALIBI FINITVR.

Quartí uero modi finís quandoq; repertus,

Est in alamíre: cui donat regula nomen,

Ex per b mollem finire uidetur ibidem

Hic sexti finís cōsolutus est aliquando.

AN CANTVS AVTENTI VEL PLAGALIS SIT.

Hinc quoq; de facili scire poterit cito cūsus

Debeat esse modi: sic caute respiciatur.

An magis alte petat cantus quoq; tendit ad íma,

Nam magis alte tenens est collateralis habendus.

¶ Nota q; in cantu gregoriano: p Autores nostros / tonos iudicamus per naturā: & nō p b mol: quia talis cantus nō semp continuat p cantū bmollarē. Sed p aliquas notas / uidelicet, ubi cantus ab f faut in b fa: mī ascendit per uoces medias / siue nō: & hoc ad euitandū Tritonū / ut prius diximus. Sed in cantu figurato / regulari seu irregulari: continuat cātus bmollaris: naturalis, aut h quadralis. Ideo in tali cantu iudicamus Tonos fm / re mī fa sol.

¶ In cantu Irregulari: seu figurato / ibi ad placitū Musica cōtinuari potest: uidelicet per b mol. per naturam: uel per h quadrū: & ita Tonus iudicari potest in cantu figurato.

¶ Cantus Gregorianus nō ordinat pcedendo semp per b mol. Sed ad aliquas notas: & ad loca determinata / certas ppter causas: ut est dictum antea. Quare b mol inuentū sit & quibus de causis. Aliqñ cantus bmollaris ordinat: ut quādo est sexti Toni: etiā quinti. Sed in quinto non est ita necesse prout in sexto: neq; in primo tono est necesse eadem de causa.

DE EQ VIVALENTIIS.

Octo supra notā finalem cōtra quinq; sub notā finali.

Isti numeri Septē supra notā finalem cōtra quatuor sub notā finali.

equivalent. Sex supra notā finale contra tria sub notā finali.

Quinq; supra notā finalem contra duo sub notā finali.

SEQ VVNTVR REGVLE DE TONORVM AM-

bitibus: tam Autenticorum | q Plagalium.


¶ Omnis cātus sepius la attingēs sursumq; repercussionē faciēs ad fa, si huiusmodi cantus in re definit: est primī toni. Si uero circa re sepius uersat / reflexionē ad fa sursum faciēs: est secundī toni.

¶ Omnis cantus finiēns in mī naturali: si citius tangit fa per h quadrū


acutū q̄ quartā supra notā finale[m] / est terciū toni. Si uero nō immediate tangit fa. per h̄quadrū acutū / sed sepius reuertit ad mī p naturā & licet ex post tangat fa predictū / semel aut bis / non ascendens ad Dytonum / est quarti toni.

¶ Omnis cantus finiēns in fa per naturā: si cicius tangit fa. per h̄quadrū acutū / q̄ fa per h̄quadrū graue: est quinti toni. Si uero cicius fa per h̄quadrū graue: est sexti toni.

¶ Omnis cantus finiēns in sol per naturā / si cicius tangit re per naturā acutā / q̄ re per naturā grauem: est septimi toni. Si uero ad re per naturā grauem / est octauī toni: & tantū de cantu regulari. qui his uersiculis patebit clariū.



Pri re la. se re fa. ter mī fa. q̄rt quoq̄ mī la.



Quint fa sol. sext fa la. sept ut sol. oct tenet ut fa.

¶ Nota si tonus Autēticus / tonusq̄ Plagalis in numero starēt equaliter / quēadmodū sepe numero cōtingit. Verbi gratia. Si tonus Autēticus ascēderet per octo notas / supra notam finale[m] & Plagalis tonus descēderet sub nota finali per notas quinq̄: tūc in numero starēt equaliter. Videndū itaq̄ est / an Autēticus sepius ordinē in octaua: aut Plagalis tonus magis continuat in quinta sub nota finali: & qui sepius cule continuat: primus est tonus. Si adhuc equaliter cōtinuarent: tunc extreme sunt postponēde note altiores / & inferiores. Et ulterius procedendum est fm regulas prescriptas.

¶ Tonus quomō iudicet / & quidē p̄spicuo in cantu b̄mollari / aut naturali / seu h̄q̄drali: & hoc si cātus finiēs in ḡsol reut / potest iudicari octauī toni per naturā. Alio modo iudicari potest primī. & hoc cū cātus est b̄mollaris. tūc finit in re p̄ b̄mol: ergo esset primī aut secūdi tonorum. Solutio. Si cātus ille fundamentū habet ex cātu naturali: uidelicet quod magis continuat in cantu naturali q̄ b̄mollari / sic primī toni iudicandus est: & hoc in cantu figurato: nō autē gregoriano.

## DVAS DE INTROITIBVS ACCIPE REGVLAS.

¶ Prima. Omnis introitus/cuius uersus immediate / uel statim tangit quintā: uel gradatim ascendit ad quintā: est de tono Autento: quia quinta propria est nota Autentorum.

¶ Altera. Omnis introitus/cuius uersus nō immediate tangit quintā / uel non in principio gradatim ascendit: licet eā postea tetigerit: est de Plagalī tono. quia quarta: propria est nota plagaliū.

¶ De Responsoris uersib⁹ habētibus: difficultas penitus est nulla: quia si eorum uersus incipientur Autentice: tunc sunt de tono Autento. Si uero Plagaliter: tūc sunt de tono Plagalī: de quibus Carmina pauca la percipies.

## DE OFFICIIS ET GRADVALIBVS.

Alleluia Officiis: & Tractibus.

Sic bis sex uoces retinet: nam sepe uidemus.

Offertoria cum gradualibus officiisq.

Alleluiaq; uel antiphonas responsaq; quedam.

Et tractus uoces: cantari per duodenas

Et sic queq; licet duodenis uocibus uti

## DE PSALMIS SVPER ANTIPHONIS INCI-

pientibus sū proprietatē his Carminibus perdocet.

Primus cum sexto fa sol la semper habeto.

Tertius octauus ut re fa sitq; secundus.

La sol la quartus ut mi sol dat tibi quintus.

Septimus est mi fa sol: sic omnes esse recordor.

## DE PSALMORVM VERSIBVS MEDIATIO

nibusq; eorundem his accipe uersiculis.

Septimus & sextus dant fa mi re/ mi quoq; primus

Quintus & octauus fa sol fa sicq; secundus.

Sol fa mi fa ternus re ut re mi re q; quaternus.

¶ Qualiter hexadē maior & minor. Similiter heptadē maior & minor tā ascēsu q̄ descēsu in oī Musica excusari debēt & nō alio mō / patet īfra.



Sexte pfecte.



Sexte impfecte.

Septima  
perfecta.


Septima  
impfecta.



Interuallum trium notarum: aut species Dytoni.






Interuallum quatuor notarum, aut species Diatesseron.





Interuallum quinq̃ notarum: aut species Diapenthe.



Interuallum octo notarum: aut species Diapason.





**D**ifferentias ac psalmos maiores tonorum intonatōes duabus de  
causis pretermittendū duximus: tum quod oīa ferme huius discipline  
exemplaria referta sunt: tum etiā propter inanem institutionē. Ceteri  
enim Musice professores / ut mea fert sentētia de hīsce tonorū differētis  
scripserūt: nulla alia de causa: nisi ut uarias inceptions demonstrarēt/  
quibus huius rei inexercitati / dimissis tonorum differētis / minime uel  
difficulter sup aliquo cantu incipere possent.



# ECVNTVR NVNC DE CANTV FIGV.

rato: paucula quedā dicenda | que breuibz expedit  
emus: adiunctis semp exēplis idoneis: & quid ceteri  
ambigue de hac re scripserūt. hoc libello clarius bre  
uiusq; ostendet / nō curātes uerborū sublimitati: sed  
simplici ac plana uia procedemus: sicuti milibus in  
tuenti patebit. ¶ Videndū est itaq; ante oīa de cō

sideratione figurarū essentialiū | apud Antiquos: quatuor quinq; sunt.  
Maxima: longa. breuis. semibreuis. & minima. Et primo | quid sit figu  
ra: que species est notarū cognitionē faciēs: per quā oīs proportio har  
monicaliter exprimi dicūt. Sūt enī octo apud Modernos quorū diuisio  
a diuersis cātoribus diuersimode assignari potest ut infra.


Figurarū  
alia est,

Maxima.  
Longa.  
Breuis.  
Semibreuis, ut hic.  
Minima.  
Semiminima.  
Eusa.  
Semifusa.




¶ Quatuor prime speciē habēt pfectionis ac impfectionis. Illud  
enī est sciendū: maximā habere p̄prietatē modi pfectionis: impfectionis  
& colorationis. Et ex duplex: maior uidelicet pfectus: maiorq; imperfe  
ctus / qui modi in maximis semp cōsistunt. Et per longā maxima potest  
imperfici: & ante: & post: per eius ualorem. Item, Longa alterari potest  
ante maximā: & maxime colorari possunt suis cū figuris appropriatis.  
Et habēt isti modi maiores / modū eundē omni in ordine suo cū modo  
minori magis nec minus / in pfectionibus & in impfectionibus. Itemq;  
in alterationibus / aut in colorationibus / cū pertinentibus suis. Istaq; possūt  
fieri gratia modi maioris perfecti.

Exemplū.



¶ Modus maior imperfectus est binarius similiter cōsistit in Maximis.  
Sed nec fit alteratio: nec impfectio: neq; coloratio. Istiq; modi maiores

computari debent cum maximis aut cum ualoribus earundem: usq; ad  
finem cantus. Exemplum.



Naīor pfect⁹ & cōsistit ī maxīmīs & maxīa ualet tres lōgas  
 Signorū mo Maior īpfect⁹ & cōsistit ī maxīs & maxīa ualet duas lōgas  
 dorū aliū. Minor pfectus cōsistit ī lōgīs & longa ualet tres breues.  
 Minor īmpfect⁹ cōsistit ī lōgīs & lōga ualet duas breues.

Maior pfect⁹ de mō miōri pfecto de tpe pfecto platōis maior  
 Maior pfect⁹ de mō miōri ipfecto de tpe ipfecto platōis miōr  
 Maior pfect⁹ de mō miōri pfecto de tpe pfecto platōis maior  
 Maior pfect⁹ de mō miōri ipfecto de tpe ipfecto platōis miōr  
 Maior ipfect⁹ de mō miōri pfecto de tpe pfecto platōis maior  
 Maior ipfect⁹ de mō miōri ipfecto de tpe ipfecto platōis miōr  
 Maior ipfect⁹ de mō miōri pfecto de tpe pfecto platōis maior  
 Maior ipfect⁹ de mō miōri ipfecto de tpe ipfecto platōis miōr  
 Minor perfectus de tpe perfecto prolationis maioris.  
 Minor perfectus de tēpore perfecto prolationis minoris.  
 Minor imperfectus de tempore imperfecto prolatiōis maioris.  
 Minor imperfectus de tēpore imperfecto prolationis minoris.

|         |                                               |        |
|---------|-----------------------------------------------|--------|
|         | Perfecti de tēpore pfecto plationis maioris   |        |
|         | Perfecti de tēpore iperfecto platiōis minoris |        |
| Signorū | Perfecti de tēpore pfecto plationis maioris   | Signa  |
| modorū  | Perfecti de tēpore iperfecto platiōis minoris | extrin |
| alius.  | Imperfecti de tpe perfecto platiōis maioris   | seca.  |
|         | Imperfecti de tpe iperfecto platiōis minoris. |        |
|         | Imperfecti de tpe perfecto platiōis maioris.  |        |
|         | Imperfecti de tpe iperfecto platiōis minoris  |        |

**S**igna ista pordinata uidelicet Circuli in capite catus ordinari consueuerunt ad dinoscendum: cuius uel tps uel plationis sint. Punctus aut in Circulo maiorem plationem significat. Cum aut punctus in Circulo non ordinatur: tunc plationem minorem ptendit. Preterea Modus minor in circulis uersatur aut consistit: tempus in Cifris. Et platio in circulo medio ut dictum est.


Mod⁹ maior ex sua natura/nō habet signa specialia: nisi coloratiões

& maximā imperfectiōes: alteratiōes longarū: atq; pausas triū longarū.

¶ Maxima nō alterat / quia nō habet figurā maiore se: nec sub minima habet fieri alteratio in figuris: quia triplatiō uacat: neq; pausa alterat. pōt tñ alteratio deponi per punctū diuisiōis & p notarū denigratiōē.

¶ Modus est triū longarū cōtra maximā / aut triū breuiū cōtra longā positio. Sed modus minor est duarū longarū cōtra maximā aut duarū breuium contra longam positio.

¶ Alius mod⁹ dicit minor: & est duplex: minor pfectus: & minor impfectus: & cōsistūt semp in lōgis. & pōt lōga impfici p breuē / uel ante / uel post / uel per ualorē eius. Similiter breuis alterari potest añ longā: & longe colorari possūt / cū suis figuris pertinetibus: & habēt isti modi minores modū eundē in omī ordine suo: cū tpe magis nec minus: in pfectiōib⁹: in impfectiōibus. Itē in alteratiōibus / aut coloratiōibus suis cū appropriatis figuris. Et habēt ista fieri causa modi minoris pfecti. Exemplū



¶ Modus minor impfectus est de nūero binario: qui item in lōgis cōsistit. Sed nō fit alteratio impfectio / neq; coloratio: & isti modi minores cōputari debēt cū lōgis (aut cū ualoribus: usq; ad finē cātus. Exemplū.




¶ Signa aut intrinseca modi minoris pfecti sunt: coloratiōes: & lōgarū imperfectiōes: necnō breuiū alteratiōes: & pause triū breuiū.

#### DE SIGNIS EXTRINSECIS.

¶ Signū est quod priorē de cātu cognitionē efficit: quo ad modū: tps & platiōē. Sed signa tñ sūt zophistice appellatiōis. De signis aut intrinsecis ueteres optime senserūt ut dictū est: uaria tñ posuerunt signa. Nos uero plixitate mēsure ea omittim⁹. Nā ubi mod⁹: ibi tps & platio quis nō ecōtra. In oībus itaq; signis tps est & prolatio: sed modus nō. Quare aliā ponimus signorū diuisionē: nā aliq; signa sunt platiōis maioris: quedā minoris: quedā aut diminutiōis: ut i figura superiori clari⁹.



¶ Signū illud primū appellat corona / me iudice: quis apud antiquos diuersis noībus uocitet / in isto signo omēs uoces cōueniunt / aut ppter

deuotionē: aut ppter sonorositatē. Alterū uero signū reīceptiōis aut reīteratiōis appellatū: quia quot pūcta ī una parte uel dextrī uel sinistrī lateris ponuntur in isto signo: tot fiunt reīceptiōes: id quod nunc passim perperā corrumpi uīdemus.



¶ Tēpus est duarū uel triū semibreuiū: aut ualoris earūde cōtra breuē positio. Et est duplex: pfectū & īperfectū: & cōsistit semp in breuib⁹. Et pōt breuis īmpfici per semibreuē: uel ante: uel post/aut per eius ualorē. Similiter semibreuis alterari potest ante breuē: & breues colorari possunt cū suis figuris appropriatis. Et ista fieri possunt causa tēpis pfecti.

¶ Signa īntrīseca tēporis pfecti sunt īperfectiōes: coloratiōes breuiū: necnō alteratiōes semibreuiū: & pause duarū semibreuiū.



¶ Hanc regulā mente cōplectere. Quod in cantu pfecto breues colorari possunt/ & īperfecte sūt. & oportet q tres sint breues colorate: aut earundē ualor. Quare semibreues / etiā minime colorari possunt cū breuib⁹: quia breuib⁹ coloratis pertinet: ob hoc semibreues colorant etiā minime: quēadmodū & breues ipse qā inclusiue illis pertinet. Similiter tres breues: aut tria tēpa īperfecta colorata aut nō: duo pfecta faciunt tēpora. Sic duo ter sūpta faciūt sex. Sic tria bis sūpta sex faciunt.

¶ Item. Tactus est in mēsurā cōtinua motio. Tactus aut p figuras & signa: in singulis Musices gradibus fieri habet: quare nihil aliud est/ q̄ debita & cōueniens mēsurā modi/ tēporis/ & prolationis.

¶ Iste Cantus est de tēpe īperfecto/ qui item in breuib⁹ situatus ē. Et numerari habet cū tēporibus īperfectis: aut earundē ualoribus: q̄re nō sit alteratio: īperfectio: neq coloratio: pper numerū binariū. & habet


eundē modū cū prolatione maiori in omī ordine suo. Exemplū.



**C** Prolatio est duarū uel triū minimarū: aut ualoris earundē: cōtra semibreuē positio. Et semp in semibreuib⁹ cōsistit. Et semibreuis pōt im-  
perfici/p minimā ante aut post: aut p ualorē eius. Similiter minima alte-  
rari potest ante semibreuē: & semibreues colorari p sūnt cū suis figu-  
ris appropriatis. Exemplum.



**C** Alia prolatio dicit minor tps imperfecti: & est binaria: que similiter cō-  
sistit i semibreuib⁹: sed nō fit alteratio: imperfectio: neq; coloratio, &  
prolationes iste cōputari debēt cū minimis: aut cū earundē ualoribus  
usq; ad finem cantus. Exemplum.



**C** Punctus est quoddā titellū quod duas inter ponit figuras: aut prio-  
ris medietatē addit: aut diuidit tēpus: aut pficit notā. Vnde antiqui ser-  
posuerūt: sed nos istos tres sequētes cōsiderauimus.

**¶** Perfectiōis est / qui perficit aliquā figurā & ordinat in omni numero binario / hoc est in cantu imperfecto : nā quod imperfectum est / perfici potest.

**Pūctorum** **¶** Diuisionis est / qui imperfectum aliquā figurā & iste pūctus ordinari solet in numero ternario : hoc est in cantu perfectos nam quod perfectum est imperfectum potest.

**¶** Additiōis est / qui addit minime : quia minima nec perfici nec imperfectum potest / eo quod nihil aliud est nisi proportio dupla : quia triplacōne uacat.

## DE NOTARVM PERFECTIONE ET IMPERFECTIONE

**¶** Perfectio est notā imperfectā perfectā reddere : fit autem imperfectio dupliciter : uidelicet ab ante & retro : & hoc tripliciter in modo : tēpore : & in prolatione & hoc mediante puncto.

**¶** Signa intrinseca platiōis maioris sūt imperfectiōes breuiū atq; semibreuiū. Colorationes breuiū atq; semibreuiū / pause duarū semibreuiū & duarum minimarum.

**¶** Oīs pūctus additiōis : seu perfectiōis additus cuiusq; note imperfecte semper ualet dimidietatē pcedentis redditq; figurā perfectam : ut hic.




De relijs uero tribus nemi curandū est / sub his enī tribus cōprehendū.

**¶** Item figure imperfectiunt sen diuidunt ppter sillabas uerborū que diuidi non possūt.

**¶** Pausa nunq; imperfecta : nec similis similē imperfecta dicente Ioāne de Muris similē a simili imperfecta posse nusq; creditū sit. &c. Ideo semp figura minor / maiorem precedentē imperfecta habet & nō sequentē / nisi medietatē punctus diuisionis.

**¶** Alteratio est propriū ualoris / sē note formā duplatio . dicitur autem alteratio : quasi alterius actio. Et fit quadrupliciter.

**¶** In modo maiori / quācumq; due longe ordinant inter duas maximas perfectas / secūda erit altera : ualebitq; duas lōgas ut hic.



**¶** In modo minori / quācumq; due breues ponunt inter duas lōgas perfectas / secūda erit altera : ualebitq; duas breues ut hic.



**¶** In tpe / quācumq; due semibreues locant inter duo tpa perfecta : secūda alterat ualebitq; duas semibreues : ut hic.



**¶** In prolatione : quādocumq; due minime immiscent inter duas semibreues

brevēs: secūda alteratur: ualebitq; duas minimas: ut hīc

¶ ¶ ¶

¶ Nota q; in ta  
li ligatura ut hīc



uel  
sic.




cū cātus est perfectus/sic secūda  
semper alterat: sed non oportet.

¶ Item Color seper aufert terciā partē: nisi in tēporibus perfectis non  
signatis/ubi color hemioliā pportionē significat: licet ibidē color etiā  
terciā auferat partē in tactu: non tamē id facit in motu. In tēpore per  
fecto: color nōnūq; nihil ademit: ideo solū perfectionis/alterationis /  
uel imperfectiōis gratia apponit: fitq; tantūmodo in mō in breuibus:  
& semibreuibus. In tempore in semibreuibus & minimis. In prolatōe  
in minimis & semiminimis.

¶ Diminutio in mensurabili cātu/ est abstractio certi ualoris q̄ntitatū  
ab ipsis figuris: cuius due sunt species.

¶ Semiditas fit in tēpore imperfecto: qñ semicirculus per tractū diuidit  
ut hīc



Ibi enī dūtaxat medietas omniū notarū canitur.


¶ Diminutio autē fit in tēpore perfecto: qñ circulus per tractū diuidit  
ut hīc



ibi enī solūmodo terciā notarū pars aufert. uult enī cantū  
in tali signo modicum uelocius tangi debere q̄ in illo O

Sunt enī unū & idem in esse & ualore.

¶ Pausa est/ut Lucillus scribit / alicuius rei requies: & fit porpter tria.  
Primo ppter anhelitus refectionē: quia sicut in cātando figuras notarū  
ponimus: ita in tacēdo pausas locamus. Secūdo ppter notā difficulter  
cātandā uel locandā in cōpositiōe: qā nō oēs note/tono & melodie de  
seruiūt. Tertio ppter cātus uariationē: qā nūc cātare/nūc pausare uari  
are est: & quāto uariabilius tanto delectabilius auribus nris insonat.




Pausa mo  
dalī. Pausa  
longe. Pausa  
breuis. Pausa semī  
breuis. Pausa  
minīe. Pausa semī  
minīe.

#### DE LIGATURIS.


¶ Ligature note sunt copulate uel ligate adinuicē/que seperari nō pos  
sunt: & nō possunt esse alie figure: q̄ lōga: breuis: seu semibreuis. Mini  
ma non potest copulari in ligaturis: nec maxima/quis maxima ascribit  
ligaturis/tū nec magis nec minus ualet: sed manet maxima.

**¶** Tractus est linea recta ascendēs seu descendēs a parte sinistra ut hic



uel  
sic.

**¶** Iste ligature sequētes nō ordinant licite: sed false sunt. Nam ligature oblique ordinate sunt ad descensum. Sed quadrate potius ad ascensum. Etiam una nota nō est ligatura: sed plures ligate.



**¶** Talis ligatura inferior ualet breuē: & sup̄ma longā: & tñ iudicari possūt  
ligatura  
cut  
hic  
tractus ab una parte debet esse liber.

**¶** ambe longe: quia una habet tractū ascēdentem longe si  
Alia habet tractū descē  
dentem longe ut hic.

**¶** Ad hoc respondendū: q̄ ibidē  
nullus est tractus sed copula | ga

Obliqua cum tracto ascendente pri  
ma & secunda sunt semibreues.

Obliqua cum tracto descendēte  
prima & secunda sunt breues.

Obliqua sine tracto prima  
longa & secunda breuis.

Ligatu  
ra, alia

Quadrata cum tracto ascendente  
prima & secūda sunt semibreues.

Quadrata cum tracto descendente  
prima breuis secunda longa.

Quadrata sine tracto prima ascen  
dens cum secunda: sunt breues.

Quadrata sine tracto prima descen  
dens cum secunda sunt longe.



¶ Proportio Musicalis est similiū uel dissimiliū adinuicē collatio. Et habet fieri sicut pportio arithmetica q̄ i nūerorū adinuicē cōsistit collatione. Dicūt aut pportio a pro & portio. q̄ idem est quod pars: q̄a pro parte pportionali siue & numeri & uoces cōueniūt. et p parte differūt. Vnde pportio magis pprie dicūt esse dissimilimū q̄ simimū. Et licet in silibus uocibus pportio inteniāt uidelicet i Vnisono. Sūt aut pportionis hui⁹ plures species: q̄rū distinctio a diuersis diuersimode assignat. Dicūt enī quidē sex tm̄ huiusmōi pportiones q̄ sunt: dupla: sesquialtera: sesquitercia: dupla/ & duarū tertiarū sesquioctaua. & tripla. Que quidē pportioēs in huiusmodi numero inueniunt. 1. 2. 3. 4. 8. 12. Itaq̄ inter 1. & 2. sit pportio dupla/ q̄a duo in duplo plus cōtinet q̄ unū. Inter 2. & 3. Est pportio sesquialtera: quia maior nūerus cōtinet minore totū. & eius alterā partem: & dicūt a sesqui q̄ est totū. & t altera. Dicūt enī ista pportio grece hemolia: ab hemi q̄ ē dimidiū & olō totū. Inter 3. & 4. est proportio sesquitercia/ que cōtinet totū & terciā partem totius. A sesqui q̄ est totū & tercia. Alio nomīne dicūt a Platone in Thimeo Epi. tritus ab epi. q̄ est supra/ & tris q̄ est tres. Inter 8. & tria est pportio dupla & duarū terciarū eo q̄. 8. cōtineat bis tres & duas tertias trū. Inter 9. & 8. est proportio sesquioctaua. eo q̄ cōtinet totū numerū octauarū & eiusdē octauā partem. s. unitatem & appellat a Platone in Thimeo. Epogdus quasi super octauus. Inter 9. & 12. est proportio tripla. eo q̄ 12. cōtinet ter. 9. Et secundū has pportioēs numerorū predicatorū debēt iste sumi pportioēs Musicales: ita q̄ illa pportio que in numeris dicūt dupla/ in uocibus Musicalibus dicet Diapason & que ibi dicūt sesquialtera: dicet hīc Diapēthe: & que ibi sesquitercia/ hīc Diatesseron uocet. Que uero ibi dupla & duarū terciarū dicūt: dicat hīc proportio cōposita ex Diapason & Diatesseron: & que ibi sesquioctaua. hīc tonus nominat: que ibi tripla: hīc dicūt cōposita pportio ex Diapason & Diapenthe. Et sic fm̄ eos erunt in uniuerso sex.

¶ Notandū q̄ tria sunt proportionū genera simplicia: & duo cōposita. Tria simplicia sunt. Genus multiplex. Genus supparticulare: & genus superpartiēs. Composita sunt: genus n̄ multiplex super particulare: & genus multiplex superpartiēns.

¶ In genere multiplici sunt dupla: tripla: quadrupla: quintupla: sexdupla. &c. Et habēt respectū suū semp ad unitatē. 2. ad. 1. 3. ad. 1. 4. ad. 1. ut infra.

Proportionū  
generū simpli-  
clū in genere  
multiplic.

Dupla & sunt. 2. ad 1.

Tripla & sunt. 3. ad 1.

Quadrupla & sunt. 4. ad 1.

Quintupla & sunt. 5. ad 1.

Sexdupla & sunt. 6. ad 1.

Sepdupla & sunt. 7. ad 1.

signa

2  
1  
3  
1  
4  
1  
5  
1  
6  
1  
7  
1

¶ Item in genere superparticulari sunt: sesquialtera/sesquitercia sesqui-  
quarta sesquiquinta. &c. Et sunt quando maior numerus continet mi-  
norem totum / & eius alteram partem: seu terciam: seu quartā uel quīn-  
tam. &cetera. Et aliquando partem aliquotam: sicut. 3. ad. 2. 4. ad. 3.  
5. ad. 4. ut infra.

Proportionū  
generū simpli-  
clū in genere  
superparticu-  
lari,

Sesquialtera & sunt. 3. ad. 2.

Sesquitercia & sunt. 4. ad. 3.

Sesquiquarta & sunt. 5. ad. 4.

Sesquiquinta & sunt. 6. ad. 5. signa

Sesquisepta & sunt. 7. ad. 6.

Sesquiseptima & sunt. 8. ad. 7.

Sesquioctava & sunt. 9. ad. 8.

3  
2  
4  
3  
5  
4  
6  
5  
7  
6  
8  
7  
9  
8

¶ In genere superpartienti sunt. Superbipartiens: supertripartiens. &c.  
Et sunt quando maior numerus continet minorem totū: & eius aliquas du-  
as: seu tres uel quatuor partes. &c. Et sunt. 5. ad. 3. 7. ad. 4. ut infra.

c

Supbipartiens / & sunt, 5, ad, 3.

5

Proportionū gene-  
rum simpliciū in ge-  
nere supparcienti.

Suptupartiens / & sunt, 7, ad, 4, Signa

3

7

4

Supquadrūpartiēs & sūt, 9, ad, 5.

9

5

¶ Duo sunt genera cōposita: uidelicet gen<sup>9</sup> multiplex supparticulare,  
Et genus multiplex superpartiēns.

¶ In genere multiplici supparticulari sunt: dupla sesquialtera: tripla ses-  
quialtera: q̄drupla sesquialtera, &c. Et sunt qñ maior nūerus cōtinet mi-  
norē numerū bis: aut ter seu q̄ter, &c. & alterā partē: seu terciā aut q̄rtā,

Dupla sesquialtera & sunt, 5, ad, 2.

5

2

Generū proportionū  
cōpositorū in genere  
multiplici & suppar-  
ticulari.

Dupla sesquitercia / & sunt, 7, ad, 3.

7

3

Tripla sesquialtera / & sūt, 7, ad, 2.

Signa

7

2

Dupla sesquiquarta / & sunt, 9, ad, 4.

9

4

¶ In genere multiplici superpartiēti sunt / dupla supbipartiēs, Dupla  
suptupartiēns, &c. Et sunt cū maior nūerus cōtinet minorē bis / aut ter /  
seu quater, &c. Et sunt, 8, ad, 3, 11, ad, 4, &c.

Generū proportionū  
compositorū in gene-  
re suppartiēti & mul-  
tiplici.

Dupla supbipartiēns & sunt, 8, ad, 3.

8

3

Dupla suptripartiēs & sūt, 11, ad, 4.

Signa

11

4

Tripla supbipartiēns & sunt, 11, ad, 3.

11

3






¶ Notandū q̄ nō utimur oībus istis pportioībus in cātu nro moder-  
no. Sed utimur dupla: tripla: aliqñ q̄drupla / sesquialtera hemiolia: & nō  
hemiolia. Aliqñ sesqtercia: sed raro: sesqoctaua q̄ rarissime. Dupla sesq-  
quarta raro. Sed de ceteris nō facimus mentionē: quia difficulter cātari  
possunt: quīs ab exptissimis aliqñ cantat: & hoc fm q̄ reducunt.

¶ Nota qñcunq̄ pportio ordinat in cātu nō per mediū: tunc utimur  
plationis mēsurā. Sed quādo ordinat in cātu per mediū: tūc capiemus  
mēsurā cū tēpore: alias difficulter cantari possunt.

¶ In pportione sesquialtera hemiolia alteratio nō fit quīs ternaria est



ex parte numeri ipsius pportionis: tamē ex parte tpis aut prolationis  
nō est/ ideo non fit alteratio.

¶ Oīs pportio est de tpe & platione: q̄re cautius uidendū est: ex qua  
ui alteratio seu impfectio fieri habet: uel ex qua parte ipsius pportionis  
qñ ipsa est ternaria: uel ex parte tpis aut plationis quādo est binaria. Et  
ideo alteratio fieri habet in omni numero ternario.








Sesquialtera.



Sesquitercia.



Sesquioctava.



**CONSEQ VENTER HIC INDVCITVR Q VOMO,**  
do Cōsonantie sint ordinande tam in supremis notulis q̄ in me-  
diis & infimis simul: & quo pacto locade sūt perfecte cū imperfectis  
& cum eorum compositis.



**Q**uatuor sunt cōsonantie ex quibus oēs consonantie  
componunt: & deriuant ad infinitū usq: sicut nūe-  
rus infinitus est. Et sunt due pfecte unisonus uidelicet  
& quinta. Alie due sūt imperfecte: scilicet tertia & sexta.  
Itē istarū cōsonantiarū una fortis est & pfecta: uide-  
licet quinta: & alia debilis: etiā pfecta: scilicet Uniso-  
nus. Similiter imperfecta: una est fortis: uidelicet tertia.

Et alia debilis scilicet sexta. Et ideo quarta excusari potest p fortiores cō-  
sonantias predictas: pfectā & imperfectā: sicut in faulxbourdu.

¶ Itē ab Unisono cōponunt octaua & quintadecia id ē duplex octaua  
q̄ oēs pfecte sūt: q̄a cōponunt & deriuant a pfecta uidelicet ab unisono.

¶ Item a quinta componunt duodecima & nonadecima que etiā pfe-  
cte sunt: quia a perfecta componunt: uidelicet a quinta: & habent cōpo-  
site eandem uirtutem cum quinta.

¶ Item a tertia componunt decima & septimadecima: que imperfecte  
sunt. Nam ab imperfecta descendūt: uidelicet a tertia, & habēt compositae  
similiter eandem uirtutem cum tertia.

¶ Item a sexta cōponunt terciadecima & uigesima que imperfecte sunt:  
quia oriunt ab imperfecta scilicet a sexta. & habēt cōposite eandē uirtutē  
cū sexta: & sic de oībus cōpositis ad infinitū usq.

|                                  |          |               |                  |                     |
|----------------------------------|----------|---------------|------------------|---------------------|
| Consonantiarū<br>simpliciu: alia | Unisonus | Octaua        | perfecte sunt,   |                     |
|                                  |          | Quintadecima  |                  |                     |
|                                  | Quinta   | Duodecima     |                  |                     |
|                                  |          | Nonadecima    |                  |                     |
| Consonantiarū<br>simpliciu: alia |          | Decima        | imperfecte sunt, |                     |
|                                  | Tercia   | Septimadecima |                  |                     |
|                                  |          | Tertiadecima  |                  |                     |
|                                  | Sexta    | Vigesima      |                  |                     |
| Consonantiarū<br>simpliciu: alie | Fortes   | perfecta      | quinta           | similiter cōposite, |
|                                  |          | imperfecta    | tertia           |                     |
|                                  | Debiles  | perfecta      | unisonus         | similiter cōposite, |
|                                  |          | imperfecta    | sexta            |                     |

Consonantiarū  
perfectarū: alia

Unisonus.  
Quinta.  
Octava.  
Duodecima.  
Quintadecima  
Nonadecima.

eiusdē nature,  
perfecte sunt.

Consonantiarū  
imperfectarū: alia

Tercia.  
Sexta.  
Decima.  
Terciadecima.  
Septimadecima.  
Vigesima.

imperfecte.  
sunt

¶ Pro quo notandū est/ q̄ consonantie imperfecte sunt duplices/ aliquę habēt semitonū plus q̄ alie: sicut tertia perfecta: & sexta perfecta. Tercia aut̄ imperfecta: & sexta imperfecta semitonū minus habēt. Et habēt locum determinatū/ ubi & quomō ordinari debent.

Consonantiarū  
imperfectarū: alie


perfecte Dytonus  
imperfecte Hexadē maior  
Semidytonus  
Hexadē minor

ut hic Tercia perfecta.  
Sexta  
ut hic Tercia imperfecta.  
Sexta

¶ Notandū q̄ plures consonantie perfecte inuicē seq̄ nō possūt: una post aliā. Et hoc de eiusdē consonantiis/ sicut plures Unisoni aut̄ quate seu octaue, &c. sed de diuersis possunt sicut post octauā quintā ordinari potest: seu post quintā Unisonus, &c.

¶ Item plures consonantie imperfecte inuicē sequi possunt: una post aliā de eiusdē consonantiis: seu de diuersis ad cantoris uoluntatē: sicut plures tercię: aut plures decime, &c. ascensu uel descensu: & hoc gradatim procedendo/ non multū saltando.

¶ Nota q̄ fa cōtra mī i consonantiis perfectis ordinari nō pōt: q̄a deficiūt in semitōio: aut supabūdāt: sicut diapasō mīor: aut diapēthe mīor. Exēpl.



Tenor.

Bassus.

¶ Siquis ordinare p̄tenderit cōtrapunctū extrema suauitate p̄ uerā artem: quare unus suauior est alio multis in gradibus & hoc per modū or-


dinandi: ideo sequi debemus modū & regulas scriptas sequētes.

¶ In sup̄mis notulis tenoris ordināde sunt cōsonātie minores sicut tercie & Vnisoni: & in mediis/quīnte & sexte: & in inferioribus notulis tenoris ordināde sūt cōsonātie maiores: sicut decime: octaue/aut duodecime: s̄m q̄ placet ascēn, seu descēn. Exemplū de sup̄mis notulis.




Discantus.

Exemplū de mediis notulis.




Tenor.



Discantus.

Exemplū de inferioribus notulis.



Tenor.




Discantus.



Tenor.

¶ Notādū/q̄ q̄ncūq; tenor ascēdit/rūc cōtrapūctus descēdere debet: i q̄ntū licite pōt: & q̄n tenor descēdit/sic cōtrapūctus ascēdere debet i q̄ntū

Uel te potest. i. q. cōtrapuncto gradatim & plane pcedere & ordinari de-  
ber nō multū saltando: aliqñ tñ saltare potest: ut oīa loca linearū & spa-  
ciorum tam superius: q̄ inferius occupent. Exemplū.



Tenor.

Item in pfunditate tenoris ordināda est cōsonantia pfecta: uidelicet  
quinta & octaua seu duodecima, &c. Quādo gradatī Tenor descēdit:  
hoc est nota post notā inō saltādo: neq; per terciā: neq; per quartā: nec p  
aliq̄ seu minimam speciem.

Notandū q̄ qñcunq; Tenor gradatī descēdit: tūc in pfunditate te-  
noris uidelicet ultima nota in gradu descēdendo dī pfunditas. Et in  
illa pfunditate ordinari debet cōsonantia pfecta: sicut dictū est.

Si ordinaueritis in pfunditate Tenoris quintā: tūc ordināde sunt in  
notulis antecēdētib; gradatī terciē: & ultima terciā debet esse pfecta  
que si non fuerit perfecta ex se: tūc debet sibi appropriari signū tale ✕  
& nuncupat Dyesis. Exemplum.



Tenor.

Si ordinaueritis in pfunditate Tenoris octauā: tūc in notulis grada-  
tim descēdentibus ante octauā illā ordinatā in pfunditate: debēt ordi-  
nari sexte: & ultima sexta similiter erit pfecta: que si nō fuerit pfecta ex

se perficiet: cū signo predicto dyesis.

Exemplū.



Tenor.

¶ Si ordinaueritis in pfunditate tenoris duodecimā: sic in notulis gradatim descendentibus ordināde sunt decime: & ultima decima similiter debet esse perfecta / sic de terciā idē est iudiciū. Exemplū.



Tenor.

DE FORMATIONE CONTRAPVNCTI  
tales dantur regule. Prima est.

¶ Si discantus ordinat in Vnisono cū tenore: cōtratenor ordinari pōt supra tenorē in. 3. aut in. 5. & Bassus sub Tenore ordinari potest in. 3. sic altus est in. 3. supra tenorē: aut in. 5. supra bassum. Si bassus ordinat sub tenore in. 5. altus ordinari potest in. 3. supra bassum. Si bassus ordinatur in. 6. supra tenorē: altus ordinari debet in. 3. supra bassum. Si Bassus ordinat in. 8. sub tenore: altus iūgi ei potest in. 5. supra bassum: aut in. 3. aut etiā in. 6. sed raro: uel etiā in. 10. Si Bassus ordinat in. 10. sub tenore: altus ordinari potest in. 3. 5. 6. 8. supra bassum. Si bassus ordinat in. 12. sub tenore: altus ordinari debet in. 3. 5. 8. 10. supra bassum

f

¶ Si discantus ordinat in 3. supra tenore: tunc bassus ordinari potest in 3. sub tenore: & altus uero ordinari potest in Unifono cum tenore: aut in Unifono cum basso: aut cum discato. Si bassus ordinat in 6. Altus sociari ei potest in 3. supra bassum. Si bassus ordinat in 8. sub tenore: Altus est in 3. 5. seu 6. supra bassum. Si uero bassus ordinat sub tenore in 10. altus ordinandus est in 3. 5. 8. supra bassum.

¶ Si discantus ordinat in 5. supra tenore: sic bassus ordinari potest in 6. sub tenore: & Altus in 3. aut in 8. supra bassum. Si uero bassus ordinatur in 8. sub tenore: altus est in 3. 5. 10. supra bassum.

¶ Si discantus ordinat in 6. supra tenore. Bassus ordinat in 3. sub tenore. Et altus in 3. 6. supra bassum: aut in 10. supra bassum. Si bassus ordinat in 5. sub tenore: altus est in 3. aut in 8. supra bassum. Si bassus est in 8. sub tenore: altus est in 3. aut in 5. supra bassum. Si bassus ordinatur in 10. sub tenore: altus est in 3. 5. seu in 8. supra bassum. Si bassus est sub tenore in 12. altus est in 3. 5. 8. seu in 10. supra bassum.

¶ Si discantus ordinat in 8. supra tenore: Bassus est in 3. sub tenore: & altus in 5. supra bassum aut in 8. Si bassus est in 5. sub tenore: altus est in 3. supra bassum: aut in 8. seu in 10. supra bassum. Si bassus est in 8. sub tenore: altus est in 3. 5. 10. supra bassum. Si bassus ordinat in 10. sub tenore: altus est in 3. 5. 8. supra bassum.

¶ Si discantus ordinat in 10. supra tenore: bassus ordinandus est in 3. sub tenore: & Altus in 5. 8. 10. supra bassum.

¶ Si discantus ordinat in 12. supra tenore: bassus est in 3. supra tenore: & altus in 3. supra bassum. Si bassus est, 5. supra tenorem: altus est in 3. sub basso: aut in 4. 6. 8. supra bassum.

¶ Item quando discantus & tenor ordinant per b mol: semper ordinandum est b mol in contratenore uidelicet in h mi: alias deperdetis, 8. & 5. in tenore: & in discantu duplicem octauam & duodecimam. Etiam nunquam ordinanda est, 5. in faut: quando in b fa h mi dicitur mi: & similiter in h mi quia est species falsa, &cetera.


TABVLA ad concordandū Clauicordia aut Clauicimbula:& alia Instrumēta similia habētia cordas

|    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |    |
|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|----|
| 20 | 19 | 18 | 17 | 16 | 15 | 14 | 13 | 12 | 11 | 10 | 9  | 8  | 7  | 6  | 5  | 4  | 3  | 2  | 1  |
| 2  | 3  | 4  | 5  | 6  | 7  | 8  | 9  | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 |

TABVLA resonantiarũ & consonantiarũ compositarũ: duarũ: trium: quatuorũ: &c.

[illegible]

quatuor: quinque: sex uocū: & simili modo componi possunt ad infinitū usque.



ISTA TABVLA DEMONSTRAT NOBIS OMNES  
resonantias existentes super quodlibet signum manus.

|   |            |   |                   |
|---|------------|---|-------------------|
| F | elamí      | 6 | imperfecta.       |
|   | hmi        | 3 | perfecta.         |
|   | dsolre     | 5 | perfecta.         |
|   | gsolreut   | 8 | perfecta.         |
| A | cfaut      | 3 | imperfecta.       |
|   | elamí      | 5 | perfecta.         |
|   | ffaut      | 6 | imperfecta.       |
|   | alamíre    | 7 | perfecta.         |
| H | dsolre     | 3 | imperfecta.       |
|   | ffaut      | 6 | imperfecta.       |
|   | gsolreut   | 5 | imperfecta falsa. |
|   | hquadrũ ml | 8 | perfecta.         |
| C | elamí      | 3 |                   |
|   | gsolreut   | 5 | perfecta.         |
|   | alamíre    | 6 |                   |
|   | gsolreut   | 8 |                   |
| D | ffaut      | 3 | imperfecta.       |
|   | alamíre    | 5 | perfecta.         |
|   | bfa        | 6 | imperfecta.       |
|   | hmi        | 6 | perfecta.         |
| E | dsolre     | 8 | perfecta.         |
|   | gsolreut   | 3 | imperfecta.       |
|   | hmi        | 5 | perfecta.         |
|   | bfa        | 5 | perfecta.         |
| F | cfolfaut   | 6 | imperfecta.       |
|   | elamí      | 8 | perfecta.         |
|   | alamíre    | 3 | imperfecta.       |
|   | cfolfaut   | 5 |                   |
| G | dlasolre   | 6 | perfecta.         |
|   | ffaut      | 8 |                   |
|   | bfa        | 3 | imperfecta.       |
|   | hmi        | 3 |                   |
| G | dlasolre   | 5 | perfecta.         |
|   | elamí      | 6 |                   |
|   | gsolreut   | 8 |                   |

|   |          |   |                   |
|---|----------|---|-------------------|
| A | csolfaut | 3 | Imperfecta.       |
|   | elami    | 5 | perfecta.         |
|   | ffaut    | 6 | Imperfecta.       |
|   | alamire  | 8 |                   |
| B | dlasolre | 3 |                   |
|   | ffaut    | 5 | perfecta.         |
|   | gsolreut | 6 |                   |
|   | bfa      | 8 |                   |
| C | dlasolre | 3 |                   |
|   | ffaut    | 5 | Imperfecta.       |
|   | gsolreut | 6 |                   |
|   | hmi      | 8 |                   |
| D | elami    | 3 |                   |
|   | gsolreut | 5 | perfecta.         |
|   | alamire  | 6 |                   |
|   | csolfa   | 8 |                   |
| E | ffaut    | 3 | Imperfecta.       |
|   | alamire  | 5 | perfecta.         |
|   | bfa      | 6 | Imperfecta.       |
|   | hmi      | 8 | perfecta.         |
|   | dlasol   | 3 | perfecta.         |
|   | gsolreut | 5 | Imperfecta.       |
|   | hmi      | 6 | perfecta.         |
|   | bfa      | 8 | Imperfecta falsa. |
|   | csolfa   | 5 | Imperfecta.       |
|   | ela      | 6 | perfecta.         |

Opusculū Musice feliciter determinatū|nō solū in cantu  
Gregoriano:uerumetiā Figuratiue summe neces-  
sario. Impressum Vienne in officina ho-  
nesti & prouidi uiri Ioannis Win-  
terburg. 12. Kalen. Iunii: ab  
anno uirginalis par-  
tus. 1509.

## PERORATIO.

**E** Hec habui optimi Auditores admodum breuiuscula: que de Cantu & Gregoriano / & Figurato dicerem: de simplici & contrapuncto: adiecta figura continens omnes consonantias. Erit igitur uestrum (prelibamenta mea nuper e Musarum choro recepta) assidua accomodare exercitationi. Ne absque ulla studiorum uestrorum usura crescentes uestri transeant anni. Nihil enim laude dignum (dicente Cicerone in officiis) assequi quemque posse arbitror: nisi id usui assiduo tribuatur. Quare uos moneo / & hortor inuigilare: atque operam nauare / memores tum patrie fame: tum necessariorum / de uestro studio magna expectatione / felici auspicio / etiam Doctiores penates reuisuri.

Telos.

Sub Ioue olim quercus uictum sortemque ferebam.  
Alma Simonis ope Musica mella gero.



&  
ta  
d.  
i.  
ig  
on  
el  
m













